BURRHI

Impetus Juveniles:

Et quædam sedatioris aliquantulúm animi *EPISTOLÆ.*

OXONIÆ,
Excudebat LEONARDUS LICHFIELD, *Academiæ Typographus,* An. Dom. 1643.

James Bindley.
F. S. A.
Stamp: Office
London
1789.

Liber rarus

J. B.

BIBLIOTHECA
BEBERIANA

Mort

Joannes Burroughs

Eques & Garterii rex

Armorum

vide P. 137

1085. a. 29

46
11 3
760

BURRHI IMPETUS JUVENILES.

Philippo Bacono.

CAnta, decanta; modulare quantum libet; novi ego me intus, & in cute; utpote mihimet probè conscius quàm sim Laudibus

dibus tuis impar : Nec dementabis me, Philippe, isthac tuâ dulci-molli-melleâ-blandulâ fistulâ. Attamen perge, & me totis laudum vehibus onera : sustinebo lætus ac lubens; ut scias merum tibi, & absolutum in me esse imperium; adeò ut udam me argillam formes pro libitu, tabulamq, rasam signes quovis charactere, aut imagine. Neq; id solùm, ut egregiam facundiæ tuæ vim, pusillum me magnificiendo exprimas:

sed

sed ut ipse insuper habeam quod imiter, nempe elimatam illam tuam absoluti viri ideam; cujus ad exemplar polire me moresq; meos concinnare queam. Verùm cavesis interim, ne me tanti æstimes, ut divendi nequeam, & si quando te mei ceperit satietas, ut neminem reperias emptorem. Atqui ne reperias mihi quidem summopere in votis est: sic namque certus ero me tuum esse, & vivere, nec per me stabit

quò minus in æternum
fim *Tuus Burrhus.*

Philippo Bacono.

OBſecro te, Philippe, ne me ludos facias. Egone ut nuperas a te acceptas literas, perpolitas adeò, adeò elegantes raptim in itinere, in hoſpitio, in obſcuro pago conſcriptas credã? Ludis, ludis me; nec naris mihi eſſe, aut cerebelli quicquam putes, credulus ſi ſic ſtatuam.

Quinimo

Quinimo ego illas in ipſo Muſarum choro, dictante Apolline, ac amanuenſi ipſo Mercurio exaratas auſim dicere, penè deſerare. At ſcio, ſcio quid moliris; & mihi in propatulo mentis tuæ ſenſus eſt, qui verborum involucris deliteſcit. Tantundem namque valet, *Curſim ſcripſi: In punctiſtitio profectionis, & equum conſcendens fudi: ac ſi diceres*, *Apage cum iſthâc tuâ dicacula halbutie: Silentium tibi in poſterum indico, & impero.* Et ſanè,

fanè, lectis ſemel tam vemuſti floris literis; eiſque carptim in tranſcurſu Scriptis, quâ ego fronte auſim poſthàc elumbem meam, ernervemque imperitiam effutire? Qui ſudans licèt, & anhelus novercantes mihi Gratias laceſſã; prodigus & laboris chartulas penicillo adumbrem, nihil quicquam tamen tuis, adeò facilè emanantibus adæquandũ pando. Bona Suada, quàm arguta, nervoſa, virilia omnia in tuis ſcriptis? In meis

meis quantæ rugæ? quanta ſyrmata? Contracto rerum peculio, id tu exprimis, quod non dicis. Ego in cortice verborum hærens, non explicuiſſe me ſatis videor, cùm omnia dixerim. Verùm enim verò, ſint licèt vietæ meæ, & exſangues literæ, hoc te tamen ſcire velim, Philippe, non ſic ænigmaticè, & ſub verborum umbraculis, ſilentium mihi impones. Oportet clarè & pro tuâ in me authoritate imperatoriè jubeas

no te literis ulteriùs laſſē. Imò etiamſi jubeas, addubitem tamen, an in hoc unico imperium tuum non ſim detrectaturus. Quî enim poſſim non ad te ſcribere? Cùm iſthoc agens, tecum veluti præſente, videor ſermones ſociare, curiſque profligatis gaudia dilatare; & ſi quid animo preſsiùs inſidet, indagante calamo ventilare. Quòd ſi aliquando a te reſponſum fero, Dii boni! quàm brevi compendio doctior

fio

fio ac melior? Singulari paginâ, lineis perpaucis, modicis periodis, virtutes, ſcientias, diſciplinas omnes, in quibus ſcholæ ſudant, ita ſereno ſenſu exprimis, ut magna illa mala (magni libri) obſtreperâ ſuâ dicacitate, bonorũ ſtudia minùs excolant, minùs fæcundent, quàm una ex tuis, tam ſuccinctis tam eruditis literis. Et tu mihi invidebis lumen de lumine? aut ut faculam meam, ad facem tuã accendam? Injurius es ſi feceris. Quin

potiùs

potiùs ſcribenti mihi ſæpè reſcribendo, fac ut è colliſis literis igneſcat indies tuus erga me, meus erga te amor, & affectus; perque radiorum politiſſimæ tuæ eruditionis reflectionem, meum in bonas artes ardorem multiplica. Nec vereare ne plùs ſatis caleſcam, aut nimium tibi occupato faceſſam negotium: in tuâ namq; manu erit, effuſo facundiæ tuæ rore excreſcentem æſtum edomare; & exorbitantis calami impetum pro

tuo

tuo arbitratu moderari. Sum enim, Philippe, eo ipso modo quo esse me velis

Tuus Burrhus.

Philippo Bacono.

INsiste, Philippe, & adversus hæc terricula animum mascula. Terricula, inquam, nam quos tu veluti Herculeam gentem, Gigantesq; decumanos horres, manduci plane sunt, & stramentitia mera.

mera farcimenta. Tuum-
ne illud ſublime pectus,
legum noſtrarum ſtudia
ob illævigatam accedendi
viam; inconcinnam re-
rum methodum; & exo-
ticum ſtyli idioma expa-
veſcere? Dij ne faxint.
Quin hebes, (uti noſti) &
obtuſus ille capito *N. N.*
has quæ te remorantur ſa-
lebras, pervicaci uſus ſe-
dulitate ſuperavit. Et in
carceribus tu fatiſcis? ne
tentato ſemel ſtadio? Per-
ge, perge; nec nudum te a-
decem talibus palæſtritis
ſi

(si assueveris modò) præverti posse spondeo. Atq; ipse insuper fidus comes adero; & quoties nimium in arenâ desudaveris, anhelanti tibi frigidam suffundam: Nempe compellabo te crebris literis, ac suavitatibus, lubentiisq;, lævigabo duram tibi, & asperam hanc palæstrã. Enitere igitur, Philippe fortiter; nec æquabilem modò, meabilemq; viam usu reperies; sed facilem, perviam, & jucundam. Antecessores illos, eximios

viros

viros æmulare: Patruum tuum Franciſcum Baconum; Doddrigium, Cocum, & novum exortum ſidus Seldenum. Quòd ſi neſcius municipalium legum gentis tuæ permanſeris, in omnem vitam cæcutiens palpitabis. Sub hâc, hâc caute dives auri vena effoditur: hinc rectâ ad Honoris templum itur; & his, æquiſsimis his, ac optimis legibus ſtetit, ſtatq; adhuc, & æternũ ſtabit (ſpero) ſalus & gloria gentis *Anglicanæ*. Verùm hæc ſeriò;

ò; poſt hac promiſsi memor exporrigam frontem, & ſuaviùs te accipiam. At meminiſtin', Philippe? Guſtus fit pitiſſando: pitiſſa modò paululum, pauxillulum, & extimis labris liba Licelto num noſtrum: poſt paucos menſes guſtabis ſcio; ac tandem hianti gulâ avidè degluties. Si dubitas, recipit in ſe & ſponſor erit

Tuus Burrhus.

Philippo

Philippo Bacono.

HEm! Siccine aufugisse te, ô bone? Siccine extricasse te, & retulisse pedem? Te, qui abiens non satis officinas nobis literarum omnes occlusisse duxti, ni & insuper animas, & corda tuorum suppilasses clanculum? Te qui petulcus nimiâ Musarum indulgentiâ, satulla liberum pectus artium dulcore; nos dum misel-

lo

los, petrones, rupices opprimit marcor, & literarum caritas? Te, qui discedens etiam aceto interdixti nobis, atq; sale? Sic, cine, inquam, facinore hoc dapatico perpetrato te laterecredis? Ita mihi dij Deæq; bona duint, non feram, pepo, non homo si fecerim. Nullus enim desistã, quin te usq; et usq; Liteltoniano insectabor genio, donec adhamatas Musas, nobis aut præsentiâ, aut scripto tuo restitutas videris. *Car Mon Maistre Litelton*

Litelton dit, qe chescun Iointenant est seisie de ceo qe il tient jointement per my et per tout. Ergo ieo di qe nous avons part en les Muses. Stratioticum (ita me Plowdon amet) argumentum, & luculentum, nec cessabo acriter urgere, ni ipse tu, aut tuæ literæ actutùm advolent. Interim ineam inducias, nec desinam esse

Tuissimus Burrhus.

Philippo

Philippo Bacono.

CUr inclementer dicis lepidis literis? cur in immerentem linguam iniquus Censor, me Patrono, me Dictatore? Quid illud tandem, aut quorsum? *Mihi lingua vix latialis est. Quasi Cæsar, cæso usq; utero, literæ difficillimè prodeunt.* Ah! enecas. Nusquam, nusquam non Latialis illa mei Philippi lingua est, nisi dum se vituperat,

vituperat, me laudat. Vah! execror, & nauteâ tetriùs quicquid eſt laudum olet, dùm tui, tui mei fiunt cum diſpendio. Nec enim Cæſari ſimiles tuæ literæ, niſi in eo forſan, quod fortunam vehunt Cæſaris; vincunt, imperant, dominantur. At quid rei tandem eſſe dicam, quod immerentem me delicias facis? immerentem me, qui te oculitùs, & animitùs adamavi ſemper? Quid aliud enim illud, cùm evanidam illam literarum

arum mearum vappam, venerandam præ vetuſta- e dixeris? Ah! abſtine per Deos, te oro, Deaſque omnes, quicquam in me audare, niſi quod verè, & ntimè te amem; niſi, quòd verè & intimè a te amer. Hæc mea eſt ambi- tio; hic mearum laudum apex; quo ſi fruar, non in- videbo Regibus, non Di- is ipſis. Tu, tacitum Mu- ſarum mel, vale; et ſis, quod eſſe te cupit, nempe omnium viventium feli- ciſsimus *Tuus Eurrhus.*

Philippo

Philippo Bacono.

O Cunctatrices Horæ! vosq; Tempora languidé collabentia! ut memora vestra macerat, mactat; cui impar sum ferendo, nec queo fugere. En hìc stipes ledeo, & ungues mordeo, & porcum tondeo, & hircum mulgeo, & (heu! heu!) quis patiens dixerit? *Tholosanum* *lego. O *Tholosane*

**Petrus Gregorius Tholosanus scripsit Syntagma Iuris Universi.*

durite

duriter cubent ossa tua; quàm non ijsti nobis cautum benè cum isthoc tuo longo-largo-denso-crasso, Heautontimorumeno Syntagmate? cui ut revolvant ne duo quidem sufficiunt robusti bajuli. O portentum parturiens caput! nam crede mihi hoc non fuit librum edere, sed Elephantem, nec hoc est cerebrum tantùm, & ingenium lectoris tui luxare, sed brachia, crura, transtra, plutei. Sub hoc onere per integrũ ferè mensem,

perdius, pernox gemui; nec repueraſcens denuò Janus pater, lenius quicquã aut mitius pollicetur. Etiam tu, Philippe, tu hoc nôſti, & negligis, nec ſcripto, nedum nuncio ſolaris miſerum. Fac ſaltem te vivere, & ſalvere ſciam: quod ubi intellexero, ſubibo lætus quemvis fortunæ jactum. Vale cordum Regule, & meum tibi fideliſsimum eſſe ſcito.

Burrhus.

Philippo

Philippo Bacono.

SAlve Æſculapi, Æſculapi ſalve. Ægrotabam equidem, ut qui perditiſsimè: Et medicorum choro nihil non tentanti, (inciſâ venâ, hauſtis potionibus, devoratis catapotiis, adhibitis lenimentis; abſumpto deniq; omni pharmacorum genere) actum jam planè de Burrho tuo videbatur. At vide quàm ſis mirus Ar-

 chiatrus;

chiatrus; unico tuo Recipe me ſanâſti. Nã tuis ſemel acceptis literis, exilij è lecto potis vel ad luctam. Salve Æſculapi, Æſculapi ſalve.

Burrhus.

Philippo Bacono.

DUo fuit amici. Quid ais? inquies, Fuit? O miſerè non læſum modò, ſed detritum planè Priſciani caput. Corrige, corrige, & dic, Fuerunt, ni

ni mavelis malè mulctari, & undiq; ſpiculis Grammaticorum obrui. Imò iterum, iterumque repeto, & audax dico, Fuit. Non ferunt, ais, regulæ Grammaticæ. Fert tamen, aio, regula amicitiæ: & congruè hoc a me dictum aſſerent, qui quid ſit verè, & unicè amare norunt. Sed age: fac tandem videam illos tuos formidabiles ſtrigones, athleticos illos tuos Grammaticaſtros, a quibus dirum iſthoc mihi ſuppliciũ minitaris. Ædepol

pol nihil mali mihi ab illis metuo; quin caveant ipsi sibi a me potiùs, qui telis si me petant, eisdem petã & ipsos telis. Meminerint velim, quid nobis pueris Grammaticam discentibus in exemplum dederint; illud nimirùm e Terentio sumptum, *Amantium iræ amoris Redintegratio est.* Hem! iræ est? nomen plurale verbo singulari junctum? O me salvum cui adstipulatur etiam ipsa Grammatica! Quid vetat igitur, quò minùs

nùs duos verè amicos verbo ſingulari copulem, quibus unus animus, unus idemque affectus; quiq; idem ſpirant, ſperant, metuunt, volunt, nolunt. Atque hoc vel ideò maximè quòd amicitiæ ſic Grammatica amicos necti, ac vinciri doceat. Eia, ut tu ſuaviter nugaris? inquies. Quaſi peculiarem aliquã Grammaticam amici ſibi obtineant. Scilicet peculiarem, & a vulgari diſſonã. En tibi ſpecimen. Nullus eis Accuſandi caſus, aut

Ablativus. Dubium genus non admittunt, imò execrantur, Comparationes omnes arcent. In verbis numerum pluralem respuunt, contenti solo singulari. Inter modos Imperativus displicet. E temporibus præsens probant, uti & futurum: Præteritũ non nisi præsenti, aut futuro junctum. Imperfectũ & plusquam perfectum damnant. Participiorum præcipuus apud eos usus. Supinorũ nulla æstimatio. Adverbiorum quædã non agnoscunt,

agnoſcunt, ut dubitandi, negandi, disjungendi. Interjectiones dedignantes, faſtidientes, maledicentes horrent & fugiunt. Atque his poterã pariter ſyntaxin addere, & ſingillatim omnia exemplis illuſtrare. At vereor nimius ſim, & te quã par eſt, diutiùs morer. Audi tria verba. Sat illibatè amicos loqui cenſeo, cùm quicquid, cor aut amor dictat, expromunt, verba ſint licèt parùm diſerta aut congrua. Et ita mecum te cenſere ſentio.

Nam

Nam tu es ego, Philippe, ego ſum tu : & ero dum ero.

Tuus Burrhus.

Philippo Bacono.

NOn eſt quòd Delphos eam, & oculatas Pythoniſſæ manus pretio illinam, ut favens mihi e Tripode reſponſu accinat, quo noſcã, quid dè me meus *Philippus* cenſeat : an amare me pergat ; an moræ ſolito

læta

læta mihi omnia voveat & optet. Non enim certior ſim me vitam vivere, videre quod video, tangere quod tango, quàm quòd intimis tibi præcordijs charus hæream, nullis fortunæ caſibus unquam amovendus. Et tu itidem, *Philippe*, quid rerum gerit *Burrhus*; quî valet; & quo in loco res ipſius ſitæ, anxiè ſcio exquiris. Scilicet vivo, ſed ut mare, ſedatâ tempeſtate tetre, pidationis motu ad tempus fervet, ita animum meum

præteriti

præteriti pavoris vibices etiamnum malè habent: eóque pejus, cùm futilem planè, & perridiculam formidinis caulā cogito. Tu si scire aves, expromam, & quanto potero verborum compendio. Meministi, ut comitatus a te discesserim; nimirum barbatissimo, supercilio-sissimo, & hyperbolico illo Domino nostro Justitiario: illo Domino nostro Justitiario ad pacem, cui plenilunio coccyssat cerebrum, solstitioque æstivo

decurrunt

decurrunt ſinciput & occiput. Quin illum Dominum noſtrum Juſtitiarium cum coccyſſante ſuo cerebro, & ſincipite, & occipite malè mulctet Jupiter. Nam primo profectionis die, triceſſimum ab urbe lapidem emenſi, & appetente veſperâ, in diverſorium unà conceſſimus. Ibi peractâ cœnâ uterque noſtrûm laſſus ab itinere, lectum petijt. Erant autem in eodem cubiculo bini, ſed longiùs ſemoti, quorum unum Dominus

Juſtiti-

Juſtitiarius conſcendit, alterũ ego mihimet adapto. Jamq; noctis ſenium erat & ego altũ dormiebã, cùm ecce diris, & veſanis ſubinde clamoribus excitor. Perij, perij. Hei mihi nullus ſum. Ferte opem Cives. Perij, perij. Hos Dominus noſter Juſtitiarius immani voce, & horrendo ſtrepitu edebat. Ego ſemiſomnis, &, ob repentinũ metũ, ſenſibus penè orbus, e lecto exilio, veſtes in terram devolutas conculco, & nimiâ feſtinatione incautus matulã

deturbo; quæ caligas, & quicquid erat ornatûs reliquum lotio perfudit. Dein cæcâ noctis caligine viam manu palpans, ſcrinia, ſcamna, ſedilia, & quicquid erat intermediũ, non ſine cruento utriuſq; tibiæ vulnere præcipito. Tandem Juſtitiarij lectũ pertingens, rogo, quid malum obtigit: jubeo bono ſit animo; præſtò me ſibi adſtare, operam, auxiliumque, ſi quid opus eſſet, ſedulò impenſurum. At ille indeſinenter, O me miſerum!

miſerum! perditum! viventium omnium perditiſſimum! Dumq; nullũ facit clamitandi finem, famulos, hoſpitem, & omnem demùm familiam exuſcito. Accurrunt ocyùs, & accenſis lychnis, unà lectum Iuſtitiarij adimus. Qui totus ſudore ſtillans, cæpto more, imò multò jam vocalior, miſerandas voces ingeminabat. Hei mihi! perij. Nervi, artus, membra diſtrahuntur-huntur-huntur. Opitulamini boni viri, oc-oc-

occidi;

occidi; funditùs, & radicitùs occidi. Hanc ego Juſtitiarij rabiem diutiùs non ferens, Quin Pereas, inquam, per nos licebit, ni cauſam citiùs dixeris, cur ſuaviter nos ſoporatos tam ferali voce excitaueris. Dicam, dicam inquit: Sed circumſpicite per Deos, vos oro, ne quid hìc malorum adhuc lateat, non enim longiùs hinc abeſſe vereor. Imò nemo eſt, inquam, effare audacter, quæ te larvæ agitant. Tum ille emiſsitiji ſoculis

cuncta

cuncta circumcirca luſtrans, & tandem ad me converſus, Nôſti, inquit, ut me commodè equus ille meus ſcutulatus, obeſulus, feroculus heri in hoc itinere geſſerit. Novi, inquam; quid tum poſtea? Illum ego, inquit, jam diu eſt, cupidè ambivi: ſciebam enim generoſè ſatũ, juvenculum, formâ ſcitulum, greſſu mollem, pulmonibus, & membris integrum. At vetulus, & uxorius ſenex mihi vicinus, cujus tum erat, nullo pre-

tio

tio, nullis precibus adduci poterat, ut eum mihi venundaret, causatus uxoris iram, quæ illum equum oculis (uti dixit) habebat chariorem; nec si duplum numeraretur permissura tamen, ut alienus fieret. Sed——Malum! inquam, siccine seminudos nos, & algu rigentes, anili isthâc de equo, & asino fabulâ hic detines? vale ut poteris; ego enim abeo. At ille manum prensans, Et tu me deseris? inquit; in istoc deplorato vitæ

meæ

meæ diſcrimine,& tu me
deſeris ? Mane, mane ve
tantillum temporis; ego e-
nim ni interpellâſſes, jam
finieram. Lenitus his di-
ctis, ſubſiſto. Et ille ſer-
monis tramitem repetens,
fari ſic iterumcæpit. Quòd
ego nullis,ne nummorum
quidem illecebris extor-
quere poteram, tandem
fortuitus caſus mihi ultrò
obtulit. Vicinus ille me-
us multipliciter obæratus
çùm Daniſta acriter inſta-
ret,ut mutuum ſolveret,&
præſenti jampecuniâ opus
eſſet

eſſet; in me fortè fortunâ incidens, ita infit. Tu ſæpius antehac equum meum licitatus es: Is nunc venalis eſt, & ſi pretium olveris, tuus erit. Quanti, inquam, æſtimas? Vicenis inquit libris. Hui! nimium eſt inquam; dabo ſedecim. Quid multa? convenit inter nos, & numero pretio, tradidit mihi equum; cujus dorſum inſiliens, rectâ domum vehor. At anicula, vicini uxor, ubi emancipatum equum, ——Proh Jupiter! inquam,

quam, adhuc de equo? quis mortalium patiens has ineptias ferat? At video quid rei est; pro ridiculo nos habes, igitur vale. Resta, inquit; per sacra omnia te adjuro, resta; nam de equo posthàc ne verbum quidem. Audi modò brevem, sed luctuosam tragediæ hujus meæ catastrophen. His iterùm emollitus restito; & ille ita pergit. Anicula illa omnium præstigiarum gnara & internecino odio perci ta, territare me spectris; in terdiù

erdiù, internoctu, domi, foris, ubiq; miſellũ me ma gicis ſuis artibus infeſtare cæpit. Et iſtâ ipſâ (Hei mi-hi) infauſtiſſimâ nocte, dum feſſus in cubili quie-tem quæro, diris imagini-bus obverſata, atrociſsi-mum, quod vel ira, vel vindicta fæminea excogi-avit unquam, ſupplicium de me exegit. Expergefactus enim noctis ſub concubio, totum hoc cubiculum clareſcere, & ſolaribus veluti radiis illustre cerno. Perculſus rei miraculo,

miraculo, & ultro citro-
q; oculos volvens, a ter-
go mihi propinquam te-
terrimam belluam (Me
miſerum!) ſquamoſum,
toroſum, prodigioſum
video Rhi-Rhi-Rhinoce-
rotem. Quid? inquam,
ain' verò Rhinocerotem?
Imò, ſuperos teſtor, in-
quit, hypermõſtroſiſsimũ
Rhinocerotem. Is dum
fuga mihi in mente erat
facto citiùs, enormi illo
& adunco cornu, quod in
roſtro exuberat, dexterum
hunc humerum hiulco
vulnere

vulnere adflixit, quicquid aut carnis, aut ossis erat simul abradens; idq; tam funesto cruciatu, ut centies emori mallem, quàm cruciabiles istos dolores ampliùs perpeti. Et quidem nihil jam mihi morte prius, aut optabilius. Nam quorsũ vivam mutilum cadaver? cui nec brachium hoc dexterum, nec dextera manus ulli usui sint futura posthac; Manus hæc dextera, præsidium corporis, mentis index, & organorum or-

ganum. At quid vos diu-tiùs moror? moriendum est, & propinquare mortis horâ certus sentio. Quare ne herçiscunda me mortuo velitatio inter meos oriatur, nepotem è fratre natu maximum vobis testibus hæredem meum ex asse nuncupo, & constituo. De Sepultura autem & exequiis—— Mitte, mitte, inquam, de exequiis, quin priùs videamus lethale isthoc (si diis placet) vulnus a Rhinocerote illo hypermõstrosissimo tibi inditum.

ditum. Imò, inquit, scrutamini, si libet; sed placidè vos obtestor: vereor enim ne vel minimi digitorum tactum perferre valeam. Tum ego, admoto lumine, indusium Justitiarii leniter subducos inspicio, scrutor, & diligenti oculo utrumq; humerum, scapulas, spinam dorsi, & totum denique tergum perlustro; nec luxatum, aut noxiũ quicquam reperio, præter unũ, & illum quidem turgidũ, ac bellè pastũ pediculum.

Quem digitis tollens, manum Juſtitiarii expando, & vermem reptilẽ palmæ imponens, Eccum, inquã, ſquamoſum, toroſum, & prodigioſum tuum Rhinocerotem. Hìc Juſtitiarius limis aliquandiu vermicellum obtuens, tandem exultante voce, Dii voſtram fidem! inquit, pediculus eſt. Ah ſceleſta, infamis, contemptibilis beſtiola! tune potis tantos ciere metus turbines? faxo audacula, ut pœnas, quibus digna es, oppidò

oppidò luas. Simulq; cum dicto, Achillem referens, & veluti Hectorē mactaturus, miſellum vermem duris, ac diris unguibus contrivit. Mox magno hiatu actas formidines videns, & tanquam lepidè jam peractâ hâc fabulâ, nobis lætam noctem precatus, quieti ſe compoſuit, & caput ſtrato condidit. Cæteri etiam qui adſtabant effuſi in riſum, omnes demū cubitū iêre. At ego deteſtatus inſulſū hoc Juſtitiarij ſcomma;

nec parùm mihimetipsi infensus, quòd pueriliter adeò ludificari me sim passus, lectum repeto. Ibi nondum excusso recenti metu, & tibiarum noxam anxiè ferens, quod reliquũ noctis insomnis egi. Quinimò postero etiam die, dum lotio infectas vestes famuli abluunt & expurgant (nam mutatorias non attuleram) lecto me continere, velim nolim, adactus sum. Quid tu jam? *Philippe*, rides? at ego ringor; & in hoc totus nunc

sum,

ſum, ut aliquid vindictæ genus, Juſtitiario dignum excogitem. Tu adnitenti opem præſta. Et præſtabis ſcio, cùm mimineris, quis is eſt qui hoc a te impenſè flagitat, nimirum ille ego

Tuſſimus Burrhus.

Philippo Bacono.

EXimam tandè hunc tibi ſcrupulum, imò taxum hoc Tantaleum.

Nempe ut causam noscas, cur tu me, ego te, tam sanctè, tam efflictim adames, adamarem invicem. Non nos, ne quid erres, morum probitas, virtutis amor; non nos literarum studia, non ipsa religionis cultus arcto hoc amicitiæ vinculo innodarunt: sed — mane, mane, inquies; quid istho c est quod audio? non probitas? non virtus? non ipsa religio, divinæ illæ animarum conciliatrices? Imò ne inhorrescas dicto; nequicquam, inquam, horum.

rum. An tu, *Philippe*, nos ſolos probos? virtutis, literarum vindices? nos unicos religionis myſtagogos autumas? omnes nobiſcum ortas bonas artes? omnes nobiſcum ſimul perituras? Hercle mille, mille ſint, fatearis oportet, qui æquè, ac nos, etiam feliciùs forſan hæc omnia excolunt, & excoluêre: nec tamen præter te unum quiſquam eſt, quocum vivere velim, quocum mori, aut cujus fato, fatum ita meum

miſcuerim totum, ut mihi ſecũ proſpera, adverſa, læta triſtia, omnia ſint communia. Nam quamvis probos pioſque omnes amo, colo, veneror; non ideò univerſos intimis his amicitiæ noſtræ penetralibus catervatim inſerendos arbitror. Credendum plures fuiſſe in gente Iſraeliticâ bonos, probos, pios; at præter Davidem neminẽ amavit Jonathas ſicut animam ſuam. In multos igitur Amor diffundi poteſt; Amicitia paucorum eſt,

eſt; imò duorum; imò unius: nam unus, & unũ ſunt (ſaltem videntur eſſe) qui amicitiam ritè colunt. At cauſam, inquies, identitatis hujus noſtræ quam promiſeras, nondum edis. Scilicet iſtùc ibam ac ne diutiùs te ſuſpenſum habeam, quicquid id ſit in pauca conferam.

Flammam flammæ ſi admoveas; ſi aquã aquæ, illicò non coaleſcere modò, ſed confundi, & in unum idemque redigi vel lippis & tonſoribus notũ eſt.

eſt. Cauſam a Philoſopho ſi ſciſciteris; homogenea hæc eſſe, & ex partibus conſtare ſimilaribus reſpondebit. Idē de amicitiâ hâc, noſtrâ dictum puta. Tua enim, meaque mens, *Philippe*, homogeneæ ſunt, & ſimilares: atq; ita a primordio efformatæ, ut undique verſū adæquatæ ſint, & uniformes. Inde factum eſt, ut primo in occurſu, ſuopte impetu, nec ullis præuiis illecebris, ultrò coaluerint. Nam ut in conjugio, ita in amici-

tiâ

tiâ, genius utriuſque contrahentis ſimiles affectus illicit: cæterùm non quod præclarum, aut egregium; ſed quod aptum ſibi; & accomodum, appetit, deligitq. Poteſt enim per ſe præclarum eſſe, quod tamen non ſit aptum. Igitur eximias illas & ſublimes animi tui dotes, quamvis veneror, & colo; me tamen tibi intimè & unicè devinxere genius, indoles, & ingenium; tota deniq; illa mentis tuæ compages, quæ amuſſatim ita in me

quadrant:

quadrant ſingula, ut in minutiis etiam rerum minimis mihi tecum ſumma ſympathia ſit, & unanimitas: verbo dicam; Te unum mihi amicũ planè reperi, ὃν καὶ ἐμαυτὸν. At, mi *Philippe*, vin' verum fatear? non videor ſatis mihi, aut undique Fælix, ſi ſoli ſolos nos inter nos, & ſemotis arbitris, mutuo hoc noſtro affectuũ nexu tacitè perfruamur. Quin velim inſuper, ut ambitioſè invicem amemus: hoc eſt, ut publicâ in hâc mun-

di

di ſcenâ ita amicitiæ ſuſti-
neamus partes, ut nobis
vel plaudant ſpectatores,
vel invideant. Imò ut
futuris etiam ſæculis tui
meique concordia in ex-
emplo ſit. Adeò ut ſi
quando intimè charos, &
potiſſimos amicos deſig-
nare poſteri voluerint, te
Philippe, & me nominent,
fidæ tanquam amicitiæ
ſumma exemplaria. At-
que hoc ut effectum de-
mus, tu tuum cornu
ſtrenue tueare, dum alte-
rum fæderis hujus noſtri
viriliter,

viriliter, & obfirmato animo ſuſtineat.

Tuus Burrhus.

Philippo Bacono ſpaſmo cynico laboranti.

PHilippe, mi *Philippe*; quì poſſum me iſthoc piaculo expiare? aut quo libamine diluam iſthoc ſcelus? iſthoc? quòd nunc ſegnis ſcribam vecordes litoras, ubi advolare impigrum deceret magis.

Quid?

Quid? quòd parentes vigiles & anxij curâ quòd proni amici operâ & consilio? ergone meum omnium, quos unquã dilexi dignissimum, oculissimum, iniquâ conflictari valetudine, me auditore tantùm & ope inutili? Nam quid dissimulem? Pridem illud infaustissimum auditũ nobis, quòd te, nescio quis morbus, malis adfecisset modis, sed non creditum, ne ab his quidem, qui nunciarunt; & a me omnium minimè.

Nam

Nam præterquam, quòd ægrè contra id quod maximè cupiebam animũ induxerim credere, vilũ eſt etiam iniquum Apollini, & Muſis, id ſuſpicari; ut ſcilicet illum perire, aut vel affligi ſinerent, cui naſcenti inexhauſtos ſuos indulſerunt theſauros omnes. Sed cum a fratre reduce, id confidentiùs adfirmatum, ſuccubui, ah miſellulum! ſuccubui & dolore excors, ita mecũ Heu ludibria rerum mortalium! verbo dicam, cha-

riſsim

riſsime *Philippe*, non id mentis eſt, ut ſegnitiem meam iſtis ~~[illegible]~~ inficias irem; provoco enim ut mulctes tuo pro arbitrio; imò ad quamvis depoſce pœnam, dummodo nos adeas: & addo calcar: Dominus *Gualterus Rawleigh*, is ſciticet Turris ergaſtulo detentus, ipſum ſe, cum tribus inſuper aliis, hoc ipſo anno, ab ejuſdem morbi vinculo relaxavit. Factum refero, quare advola ſi tui, & noſtri cura eſt: & vale omnium quotquot ſint

juvenum

juvenum nobiliſsime, quem flagranti ſiti indies expectat & expectabit

Tuiſsimus Burrhus.

Philippo Bacono.

QVid illud eſt? Dic per tuam vitam rogo;
Per vinulas, quas juncti amamus Gratias;
Ipſumq́ Apollinem, novemq́ Virgines.
Quid illud, inquã, eſt? mi Philippe, mi lepos,

Quod

Quod improbus rumor ſiſurrans oggerit,
Mîmi negantî credere? An nos ſerio;
Nos qui medullitùs te amamus, illicò
Ibis relictum? Sic receſſu languidos,
Luctus ciebis? Ah: ne faxis, En parum,
Nimis parum eſt, ex quo reviventem tulit,
Te fauſtus, & feſtus dies nobis; dies
Nunquam abſq; voto nuncupandus, quo manum
Manu viciſſim copulare; & fundere,
Fidas loquelas; & lyræ dulces modos
Aptare; dum corona te colentium,

Et

Et hinc, & illinc adſtet arctato globo,
Iocos, ſaleſq; perpetim ſpargens.
Dein, illum
*Inviſere * illum, Philippe, fulgidum*
Scientiæ ſidus; cui orbis machina,
Et quicquid axis utriuſque ferè Poli
Palam patent. Hinc ſugere artis melleos,
Et ingenî puros probos flores licet;
Quibus ſaginatus domum lætus petas,
Inſtructus uſui futuro largiter.
At lectitare ſemper, atque chartulis,
Noctes dieſq; incumbere haud decet. Probum.

* Patruum ſuum D. Franciscum Baconum

Libri

Libris quidem immorari, at immori haud probum.
Nec hospiti benè, incolæve prospicit,
Qui diligens nimis paratu prodigo,
Conquassat ædes, & facultates suas:
Nec ille menti consulit rectè suæ,
Qui nidulum corpus terit conatibus,
Cariſq́ plus satis. Parare pradium,
Si quis velit sibi, salubri haud aere,
Tantùm petit, sed fertili insuper solo.
Idem requiri, cùm quis ambit literas,
Musiſq́ sese immiscet; hoc est, ut solum,

(Id

(*Id quippe corpus est*) *stato sumptu excolat,*
Ac aerem mentem. Hìc morari si libet,
Prospectum erit, neue obruaris literis
Superfluis; neu torpeas leni otio.
Nos inuicem venustulis fabellulis,
Ac æmulis mox disputatiunculis
Curas edaces pellere, & multum diem.
Vicunq; dura si vetat necessitas;
Seu te parentum dulcis ardor vindicet;
Seu te salutis commodum potens trahat:
Hoc mi Philippe, creduas certum velim.
Thulen licebit ultimam, ac Afros eas,

 Fidelior

Fidelior nuſquam, immò nuſquam prodeat
Amicus ulli, quàm tuus Burrhus tibi.

Scilicet
Tuus Burrhus.

Philippo Bacono.

SAlvere me jubes: At (Ah *Philippe*) quî poſſum? cùm ægrotare te adhuc ſcribis, & mea a tuâ tota dependeat ſalus. Si igitur ſaluũ me eſſe velis, cura ut tu itidem ſis ſalvus. Aliàs nec ſalvere poteſt, nec vult.

Tuus Burrhus.

Philippo Bacono.

VIve mei memor, inquis, nam moriẽs te amo. Quid ais? moriens? quid? moriens? tune ut *Philippe* moriaris? in istoc ætatis flore; Musarum in amplexibus; stipatus undiq; tot pioru̇ precibus, ut tu moriaris? Dij meliora. Moriantur, si moriendum est, senes Acherontici, quibus ipsum vivere pœna est, lenimen mori; qui desi-

êre

êre usui esse sæculo; quique sibi ut alijs impedimento sunt, & oneri. Moriantur stulti, insulsi, fatui, in contumeliam hominũ, & ludibrium nati. Moriantur improbi, sceleſti, impij, peſtes humani generis, naturæ monſtra. At meus *Philippus*, flos juventutis, probitatis germen, pietatis ſpecimen, literarũ gemma, vivat, vivat Neſtorios annos; & poſt excultum a ſe virtutibus hoc æuum, ſerus aſtra petat honore, & annis ſenex. Sed ſi te

magnum Cœli depositum Cœlum denuò repetet; nec perennare ultrà terris fata sinent; dum mihi memoriæ, aut mentis quicquam supereſt, vivam tui memor; vivam *Philippe*, & moriar, *Tuus Burrhus.*

LECTORI.

PHilippus Baconus mortuus eſt. Eſto, inquies, quid hoc ad me? Imo ad te quisquis es. *Philippus* ille *Baconus* claris ortus majoribus; ab ineunte ætate ſanctè inſti-

tu-

tutus; ad bonarũ artium apicem provectus. Adoleſcens moribus niveus; virtute præſtans; religioni parens. Cui Muſæ in pectore, in vultu Gratiæ, in ore Suada. Cui vegetum corpus; mens vivida; ætas florida; Qui numen, homines, ſeipſũ novit. Quo nemo unquam ſanctiùs amicitiam coluit. *Philippus Baconus* his adverſus mortem amuletis omnibus inſtructus, mortuus eſt. Et tu immortalitem ut ſperes, gloriari quicquam

ultrà potes? Ah! Lector, etiamsi potes, ne faxis tamen; nam certè, certò certiùs morieris. Si enim quisquam hominũ capax fuisset immortalitatis, rutilans hoc sidus nunquam occidisset. Et verè ut sidus occidit *Philippus*, mox radiantiùs orituꝛus. Tu lector, magno hoc mortalitatis exemplo doctus, sic vitam instrue, ut vixisse te nec pigeat, nec metuas mori; & fido amore, fidũ amicum compara, qui te, ut ego hunc meum mortuum

tuum, ſervet ſuperſtitem. Nam nomen famamque mei, chariſſimi mei, & unicè chari *Philippi*, de-floreſcere, aut intercidere hominũ è memoriâ nunquam, nunquam vivus patiar. Sic ſtatuit, nec perfidus votum vouit

Burrbus.

Ad D. Franciſcum Baconum Aturnatum Regis, Strena.

AVdi renaſcens Tempus: audito impiger

Vorator Anne: nec tibi favens pater,
Natis nec ex te; at ſævus uſque in condita,
Ipſi tibi Sepulchra, ſaxa, nomina,
Fumamq; teque voluis, & perdis ſimul.
Audi ſacrum ſolenne, Tempus inſolens,
Vates, quod illi, illi Patrono publico,
Meoq; ſolvo: qui ſupra, infra ſe videns,
Mundumq; teq; mille gyris labilem,
Mutantium, rotantiumq; inſanias;
Sibi interim, ſuiſq; conſtans, exhibet
Firmamen ingens ſeculo: cui poſt vagos

Trepi-

Trepidantium motus, redire
pondera,
Curasq́ patriæ necessitas jubet;
Et coget usus publicus, quicquid
tenax
Lucri cupido, & livor in tempus
negant.
Huic me columnæ perpetis
constantiæ,
Addico voto perpeti; etiam quod
tui
(Tyranne Tempus) nulla vis
mutaverit.
Sævis licèt, furisq́. Nam dictum
hoc puta:
Mutare me nequis, potes me per-
dere.

Hugoni Hollando Poetæ eximio, & Græcarum literarum peritißimo.

Invitatio ad prandium.

LItabimus cras Apollini, & Muſis. Ita nobis vulgo rei literariæ, & plebi viſum. At infenſis Gratiis id certum eſt fieri, ni Lubentiarum Arbiter tu adſis, & choreas ducas. Scilicet ut raptũ te Phœbo, & entheata verba præcinentem invicem ſequamur. Faueto igitur, Fontis Caballini Promicon-

de:

de: nam meum hunc larem, si tu adfueris vates, Delphicum suum credet Apollo Templum, & favens dabit responsa votis. Ita rogat, qui te amat colitque

Burrhus.

N. N.

SCilicet non patimur, non, inquam, patimur ampliùs illudi nostrum tui desideriũ. Quis enim patiens sustineat amici usq; & usq; cunctabundi equuleum? Quis toties lactari

vanâ

vanâ ſpe? toties vota nuncupare irrita? Pergis tu tamen nos negligere, etiam indictâ cauſâ, nec quid tibi in morâ ſit, dignaris eloqui. At ariolus ego ſum, ne tu ſis inſciens, qui conjectando rem omnem expromam. Nempe uxoris deſiit tumere uterus & te jam pulchrâ prole beavit patrem. Huic cunis vagienti aſsidere; & tripudiantes in ocellis pupos contemplare; & molliter roseas genas palpitare; & coccyſſanti invicem accinere.

Dein millies, millieſq, oſcula labellis figere; & morſicare tenellos digitos; tum petulantem admovere mammæ; lactiſq; faturæ cantu ciere ſomnũ. Ah meritò, meritò validis his nexibus, his vinculis adamantinis detineris fateor. Nam quamvis rudes tædarũ, & inexperti, & qui poſſunt non ineptire patres, deliramenta hæc, animiſque maſculis indigna reputent; ego contrà, dulcibus ex nobis natis indulgere fas ſapienti,

ſapienti, nec indecorum cenſeo. Pergas igitur charâ ex matre duleem fovere prolem, dum illis utriſq; ac tibi perenne gaudium, fauſtumque ominor & opto.

At quid agit, inquis, voluptas mea? meũ corculum, deliciumque? Idem nimirũ quod olim: nempe ſuſurrat ſuo more, ut tota reboet vicinia. Dejerat etiam athleticè, & juramento, veluti ſermonis condimento utitur. Etiam extremis pedum digitis

ſub-

subnixus urbem obambulat: deligitque incedens hinc indè laxa prominentia, ne quâ labeculâ sordescat tibialium nitor. Ibi uni & alteri lepido occurſans combiboni, in proximum deflectunt Oenopolium. Non illìc arcana imperij ſcrutari; non novos ſacrorũ ritus moliri; aut tetrica Philoſophorũ dogmata vexare, nihil illìc tale machinari bellos homunculos vel tutò dejeres. Quin bibitur, fumigatur, luſitatur, ridetur affatim.

affatim. Villum & hornum vinū diris omnibus devovent; trimum requirunt, vel ſi quid unctius, aut generoſius. Et cùm jam tandem ſubducenda eſt ratio, exclamat tuus, Nemo hìc vel obolum, ne quadrantem, per Deos pendet; ego hoc quicquid eſt, exolvam; diſpeream ni fecero. Et ægrè tandem exoratur, ut quis ſymbolū ſuum apponat. Ita animo eſt regio, ut ſcis, ſeu planè imperatorio. Atque jam demùm ad hilaritatē potus,

tus, blæſulâ linguâ, at ſonorâ ſemper, benè precatur feſtivis amiculis, & domum repit. Hìc ſi fortè (quod ſæpiùs contingit) malo ſuo genio occurrerit & in larvam inciderit, Tiſiphonem nimirùm vicinam ſuam, Dii boni! quæ ſalutandi? quæ benè precandi formulæ? Scurra, verbero, trifurcifer, ganeo, mœchus, tenebrio, ſcelus. E contrà, Scropha, proſtibulum, lena, diobolare ſcortum, quadrantaria, barathrum.

thrum. Hæc blandimenta mera ſunt præ aliis quibus ſe inuicem honeſtant cognomentis. Vociferatur illa, Dii me Deœque omnes perdant, ſcelerũ colluvies, ni ego tripode bulbum illum capitis pulchrè tibi pexum dedero. Intonat ille, Ah! Diis, hominibuſque infenſa! non deſiſtes mala peſtis, donec ego latrinam illam oris tui obturavero—— ſileo cætera ob aurium reverentiam. Imo aliquando nec manibus temperatum eſt,

&

& recrudeſcit rixa uſq; ad verbera.

At ſcin' quid eſt ulterius? Is novo jam titulo fungitur & nomine; ac apud nos nyctícoramaſtix cluit. Id nominis ei obtigit, quòd totos hos quatuor menſes in hoc unicum ſudaverit, ut Nyctícoracis illius vicinæ ſuæ genus, Parentes, mores, totam deniq; vitæ fabulam, á cunis, & unguiculis propalaret. Nec oleum perdidit vir mirè ſolers, & levipes. Ita namq; ſtrenuè circumcurſitando,

curſitando, rem omnẽ in-
dagavit, ut prolixũ jam in-
dẽ catalogũ, ampliſſimis
ſcholijs, notis, ac animadu-
erſionibus criticis ab ipſo
auctore locupletatum af-
fabrè confecerit. Et ab hoc
tam eximio catalogo con-
fecto, ut Nycticoramaſtix
nuncupetur, communi
omnium ſuffragio ſanci-
tum eſt. Illud ne te late-
ret, his literis indicandum
cenſui, ut illi de novo
adepto nomine & titulo,
ſcripto, aut verbo gratule-
ris. Teterrimas autem ſi-
multates

multates inter ipſum, & Nebulonem *Rat* nuperrimè ortas, quia jam demùm ſopitæ ſunt, & invitem conglutinantur, miſſas facio. Tu fac baſilicè valeas, & ſi quid nôſti aut ibus noſtris dignum, imperti fidis ſodalibus, qui me plurimùm amant, at nemo veriùs quàm

Tuus Burrhus.

D. Thomæ Farnabio.

VIden' Domine hunc meum catulum? ſagaculus

gaculus is hercle eſt; & ut ſua fert ætas apprimè odorus: utpote cui non parentem me eſſe ſolùm, ſed indulgentem, & ſe impotenti curâ deperire ſubolet. Scilicet fateor ineptire me hâc in parte; & equitâſſe aliquando in arundine longâ, ut fecêre olim cordati patres, uti parùm potentes adverſus acri-molles haſce naturæ illecebras. Igitur cùm pertuſum me dolium ſentio, de obturandâ rimâ cogito, ne perfluam; nam ſera nimis

mis (uti noſti) parſimonia in fundo eſt. Dicam explanatiùs. Annus eſt, quòd hic latrunculus repullulãte peſtis virus, domi apud me latitans, paiùm diſcendo, & ſtrenuè luſitando tempus contriverit. Id fecit me crebrò abſente, confidentiùs, impunitatẽ ſperans, & meâ fretus indulgentiâ. Hinc obrepere ſenſim librorum tædium, & immodica ludendi ſitis; adeò ut admitendum mihi quàm maturrimè cenſeo, ne altiùs radicem deſidia

desidia figat, neve testam hanc adhuc recentem, noxius succus tingat, ægrius forsan in posterum aut nullatenus liquore synceriore imbuendam. Hac in re fidem tuam jam olim expertam, oratum venio, ut rudem hanc massulam cudas tuo pro libitu, sub incude duriore. Reperies ductilem spondeo, quâquam nec plumbeam tamen; nam quod in ea pessimum, volatilis plus satis est, nec admodum fixa, uti vellem: cæterùm cusu

cusu minimè contumax, aut natura improba. Tu, vir eximie, si isthoc impensè mihi roganti effectum dederis, ingrato non feceris, nec immerenti, sed amico tui studiosissimo, qualem se profitetur

Burrhus Tuus.

Rescripsit vir Doctissimus.

QUem tu, vir clarissime, pro jure ac dominio tuo catulum impunè nuncupatū commendas, ego germen nobile,

aurũ purũ putũ, fidei meæ, quam a viro probatiſsimo probari gratulor mihi, gaudioq; concreditum, eâ fide accipio, quã uſq; ſoluere, uſq; debere profiteor; foreque autumo, ut ſurculus iſte tandẽ arbor factus, ut obrizum hoc aurũ imperatoriâ tandem ſignatum, cuſumque formâ, me tandem fide liberaverit; neq; te ſpe falſum, fruſtratumq; habuerit. Rude utcunq; etiam dum ſit metallum, ductile tamen ingenium, & ſequax ingenuus ſpon-

det

det vultus, poſt ſponſionẽ tuam; in quo notabile illud, quod in fratre nimium erat, non vereor, quin fixum, voto utriuſq; ſe ſiſtat, reſpondeatque Mercurius probus. Ad quam operam non deerunt opera, cura, & amor illius, qui quantum in ipſo eſt, de te, tuiq; ſimilibus viris, optimè ſemper mereri ſtuduit ſtudebitq; quiq; nihil antiquius aut in votis prius habuit, quàm ut votis tuis obvius procurrat, & velificetur. Quæ tamen rata

faxit Deus Opt. Max. qui te ſoſpitet. Ita optat

Tho. Farnabius.

D. Thomæ Coppin.

VArijs ac miris modis me affecerunt literæ tuæ, Lutetiæ Pariſiorũ datæ. Summo me namq; gaudio perfuderunt, quòd ſoſpitem te, & incolumẽ ex Italiâ elapſum teſtabantur: ex Italiâ, bello, peſte, fame, latrocinijs undiq; ferventi; ex Italiâ, haud ita pridem Orbis delicio, terrarum gemma; nunc

nunc miſeriarum, ac ſce-
lerum ſcena. Ita namq; eſt
(mi fili) nunquam, nun-
quam hâc noſtrâ ætate, Ita-
lia illa blandula, mollicula,
delicatula, reluceſcet ſplẽ-
dore priſtino; nunquam
nitorem illum, quo cæte-
ris, quotquot ſint, regio-
nibus præfulgebat, (me
ſaltem vivo) repetet, aut
nuperum decus iterabit.
Nec parùm indè tibi gra-
tulor, vidiſſe te Italiam, vi-
nulam, comptã, floridulã,
nunquam forſan, niſi in-
formem viſurũ poſthàc.

At contrà, ineffabili mihi mærori eædem tuæ literæ fuêre, quòd nullas mearũ, quas ad te Genevæ, Patavijque tum temporis degentem deſtinaveram, ad manus tuas perveniſſe intellexerim. Non quòd perijſſe leves tabellas, aut opellam conquerar; ſed ne immemor tui, aut caſuum tuorum prorſus incurius meritò apud te cenſear; tui, quem (ſacra teſtor) non ſolùm verè, ſed anxiè, ſolicitèq; amo; & cujus ſortem lætam, fauſtamque

ſtamque perennare, æquè ac meam ſitio. Tum id etiam impotenter dolui, quòd altum illud ac peruicax meum ſilentium, dum crebris tuis, & amantiſſimis, toto ferè ſeculo nil reſpondiſſe videar, ſuſpectum me tibi, velut aſpernantem literas tuas, aut leviùs æquo pendentem reddiderit; cùm ego illas (ita me Deus ſoſpitet) tenerrimo parentis affectu, & exultantis animi lætitiâ (prout meruerint) ſemper acceperim. Quâ conſci-

entiâ fretus, & comi illâ tuâ ſubnixus indole ſortẽ hanc meã fuſiùs non cauſabor. Conſilium tuum Galliam in tempus colluſtrandi, cæpta ſtudia ut elimes, perficiaſq; adprimè probo. Sic namq; gentis linguam edoctus atque mores, habilior munijs obeundis redeas domum. Scis enim quàm nobis arctior jam ſolito nexus cum eâ natione interceſſerit, nec modico igitur uſui tibi fore, noviſſe homines, & ab eis invicem noſci.

De

De rebus autem hìc noſtris, nihil læti habeo, quod memorem. Lenta peſtilentia Londinum caput rerum denuò invaſit; & eò civibus formidoloſior, quia lenta. Quippe totâ hyeme cunctabunda, ne ſævius æſtate proximâ recrudeſcat, omnibus in metu eſt. Quamvis verò ſingulis huc uſq; ſeptimanis, non niſi ſexaginta circiter capita, eâ contagione tacta ſupremum diem obiêre. At Cantabrigiam noſtrâ ita totam immiti ſtrage

populavit, ut non ſtudioſis tantùm omnibus, ſed ipſis ferè incolis viduata langueat. Et ſuccubuiſſet planè malorũ moli, ni effuſâ plurimorũ charitate fuiſſet ſuccurſum. Nam à non nullis parochijs Londinẽſibus, ducentis plus libris a ſingulis in ſolatiũ loci ultrò largitũ eſt; nec minùs 4 mille libris eo nomine congeſtũ eſſe perhibẽt. Ipſe interim, peſtis noxam ut evitem, rus in præſens me recepi; ubi ſi me tuis literis ſolari velis, quod perditè

perditè cupio, fac mihi ad Turrim Londinenſem inſcribantur, nec vereare, quin illibatæ ad me perveniant. Vale, optime fili, nec minore felicitate utere, quàm ex animo tibi optat, paterno tibi affectu devinctiſsimus *Burrhus.*

D. Thomæ Farnabio.

Virg. *Excudent alii ſpirantia molliùs æra.*

QUid? æra ut molleſcant? ut ſpirent? ut marculo ſub artificis animantium vultus, tenellam carnem, cutem mollicellam,

lam, ipſos aerios, agileſq; ſpiritus ut æra induant? quis credat? Nempe is ego ſum, qui factũ hoc olim, & etiam nunc fieri credo, & aſſero. Quis etenim carminis anceps ulteriùs ſenſum exquirat? aut vacuum dicat poetam, qui hoc cecinit, cùm te, *Farnabi*, ἔμψυχον habeat commentarium? teq; viderit, quod audis, ἀνδριαντοποιόν τινα, & virilem fabrum? Sic namq; eſt, quam tu juventa fingis, formaſque, haud ita ullum informe ſaxum, non

non ſemicoctus, ſemiuſtus later; non tortus, nodoſus, ſinuoſus ſtipes, nec ita æs inductile, nec metallum contumax arti rebellat; aut doctam opificis fatigat manum. Ah! quoties ad amuſsim, libellamq; exigere vaga ingenia? quoties ferocientibus animis circulum circino obducere? & depravatas ad normam referre indoles? inque devios mores lineam pertendere? Nec parùm refert, an excreſcẽtes ſcalpro, cultrove demas,

demas,an aſciâ. Quidam enim durioris animi, vel malleum ferent, mollioris vix tuditem. Et ſunt quos dolabellâ perfunctoriè læviges, cùm aſperiores limam dentatam hebetent. Intus dein' & in cute, quæ deliteſcunt vitia, terebello indagare, &—Heu, heu! ſuccumbo vel recenſendo tuos labores. Summatim dicam. Nos parentes nudam ut ut, materiam edimus, plerumque aſperam, duram, & inertem. Illam ut tu cudas; artibus emollias;

lias; habilem virtutibus reddas; ut denique humanitatem, ſcientiam, pietatemq; ſpirantem præbeas, a te expoſcimus omnes: adeò curæ, ſpeſq; metuſq; noſtri in te reſident. Et quâ ſim ipſe tuâ ope moleſtiarum vacuus, incluſæ hæ tabellæ teſtes referant; quibus, eliminari mihi e præcordiis omnem adeò anxietatem videre eſt, ut totum me genio, & animũ incuriæ devoviſſe videar. At harũ lenẽ te cenſorem & benignum expeto; cum ideò

ideò eas tibi legendas mi-
serim, ut opprimente te
laborum mole, solatioli
loco essent, & animi in
tempus laxarent nexus.
Tantum est (optime *Far-*
nabi) nisi quòd te insuper
vivere, ac valere jubeat

Tuus Burrhus.

Responsum est a viro doctis-
simo in modum sequentem.

Dij te omnes pluri-
mùm, Deæq; peni-
tissimè ament (Nobili-
tissime Burrhe) ita huma-
nitate clares ac pietate; qui
unus

unus e mille miſerias noſtras miſereris; ærumnabiles labores molli affiamine ſolaris; qui contrà quã vulgus de ordine noſtro cenſet, nos homines eſſe autumas, imò τὸ θεῶ πολοῦντας; qui deniq; adverſus nominis noſtri depeculatores clarigatum prodis. Atq; ego quidem utinã is eſſem, qui tanti viri de me judicio reſponderẽ; niſi affectus is ſit potiùs. Verùm ſive hoc peccavit humanitatis error, ſive judicii fixit conſtantia, gratulor

tulor mihi vel fortunam, ut humaniter errares; vel officiũ, quo aliquâ ex parte demereri potuerim, ut tibi constares, meq; judicares virilem fabrum, qui spirantia molliùs æra possem excudere. Ego sanè ex quo ad metalla, & latomias damnatus, nomen dedi ad insulas æricrepinas, jamq; ætatem integrã (siquidem probè eam metiuntur, qui sex lustris circumscribunt) in Ætneâ hàc officinâ desudavi, Deus bone! quibus laboribus peperci? quid

quid reliqui feci, quo antẽ quam mihi exercere neceſſe erat, penitus calleré? Neq; ſat habui tantùm in fornace taurinis follibus ventos premere, dum crudo de pulvere venas ferventis maſſæ ſtringerem; non ad incudem tenaci forcipe verſari; ſtricturas, bracteas, laminas, ex ære, dum fluit auri rutilantis æmulum, ſub marculo cudere; non vultus ducere; ungues exprimere; imitari ære capillos; non deniq; limæ dente, cœli acumine,

torni

torni rotâ, polire, ſculpere, lævigare; aut etiam Campanum a Delio, Delium a Corinthio dignoſcere; niſi etiam (abſit dicto invidia) Minervæ adminiculo ſubvectus, igne è Solio Jovis ſubducto, ſtatuas formarẽ, animarem. Ita non ſine cauſâ χαλκοτελάσας dixeris χαλκεντέρους quorũ renaſcens in pœnas jecur tondent vultures πόδος ἀργαλέος καὶ γυιόκαρσι μελεδῶνες. Cum igitur—

Videris immenſis jam conclamata querelis—

Saxa

Saxa senis, dices, durior ille fuit.
Et licèt hoc addas, potuit qui talia ferre,
Humanum meritò finxerat ille genus.

Et liceat mihi etiam hoc addere, tibi non minùs cavendum ab his vulturiis; imò etiam magis. Namq; si adfigatur Prometheo lanius simplex, quod finxerat statuas; tibi credo adjudicabuntur gemini, qui tam affabrè & graphicè effinxeris Promethea. Sed quid hoc? Adeòne repentè

tè a carcere tribunal conſcendi? ex vincto ſupplici, judex gravis? Sit modus & inſolentiæ; & (quia metam, non ultra, fixit pagina) Epiſtolæ. Cujus tamen exculare moram, & languorem; atque imputarem nuperæ cladi, heſternique officii triſti miniſterio, niſi malè omina. ta verba procul ab his lineis eſſe volucrim; quibus tibi (vir clariſsime) ſalutem, vitam, fauſta, læta que omnia voveo. Veneratus itaque ſacrũ erudit

pectoris

pectoris tui Templum, testatus, juratusque gratum, & ad omnia officia paratum animum, sum, ero æternùm

Devotissimus virtutum tuarum cultor
Farnabius.

Ludicras illas quas misisti literas, etiam dum detineo redditurus quàm primùm contigerit legendi hora lætior, & sua.

Viro

Viro ſummæ eruditionis, ac virtutis, Henrico Spilmanno Equiti Aurato.

QUi tibi has literas defert, filius meus eſt, & natu maximus. Is muſarũ ſacris initiatus, ut inſiſtat cæptis, & acriùs pertendat, ſũmis mihi in votis eſt. Quod ſi contingat, eximiam ei poſthac voluptatẽ iodè futuram ſcio, ſi te rei literariæ Myſtagogum, & virum hujus ſeculi palmarem, noviſſe, ſaltem vidiſſe, gloriari poterit apud poſte

posteros. Nam ut ferri ad Magnetem ratio est; ita & nos, nonnihil nobis arrogare solemus è doctorum contactu. Et velim insuper, ut egregia virtutum, ac doctrinæ exemplaria noscere, noscendo venerari, ac sequi discat. Eccũ tibi arcanum hujus legationis sensum, & consilium; quamvis colorem facto indè dedi, ut is, quod in me nuper recepi, solveret. Nimirum, tibi has Ordinationes quas memoravi, mâ vice exhiberet: utq;

oratum te iret, ſi jam deſiſſet uſui tibi eſſe Index meus Parlamentarius, eũ mihi reſtituendum curares. Sin diutiùs penes te ſervandi cauſa fuerit, liberè ad ſatietatem uſq; fruaris licet. Siquidem pro ſummo mihi honore habiturus ſim dum vixero, ſi quicquam ex meo, illi cumulatiſsimo ſciẽtiæ tuæ acervo addere valeam. Vale, Vir ſpectatiſsime, cui fauſta omnia precatur *Burrhus.*

Illici

Illicò meis ita respondit vir humanissimus.

S. P.

RApuêre me tuæ literæ, splendidæ adeo, & politæ, ut vix audeam quid rescribere. Labe tamen non carent, tuâ de me sententiâ (pace dixerim) malè collocatâ. Sed eximiæ vestræ humanitatis est, sic amicos colere, meq; in eorũ numero recitare. Eas verò gratissimè accepi, sed in primis deferentẽ

Aſcaniũ tuum; cujus lætor amicitiâ, & patriis (opto) niteat virtutibus. Tradidit ille mihi libellũ à te alterum, cùm acceptum priùs non reſtituiſſem; nec (indulgente veſtrâ patientiâ) reſtituam in præſenti, brevi autem faciam (volente Deo) tuique & tuorum ſemper tenebor ſtudioſiſſimus.

Henricus Spilman.

Eximio

Eximio viro D. Guilielmo Elphinstono Pocillatori REGIO.

NAm quid dissimulem? perijt, radicitùs perijt ille meus ingenuus pudor; stamenque & subtemen verecundiæ, cui pernox & accubuus in hanc usque ætatem texendo incubui, crepant, dissiliunt, & pessum eunt. Ex quo enim Majestas illa placida; illa Augusta comitas;

mitas; ille, ille Rex, ſi quis mortaliũ alius, ſui potens, ac Dominus; cujus dicta, facta, poſteris non inter exempla modò, ſed leges erunt: Ex quo ſummus ille fauſtitatis noſtræ flos, & Princeps, non ſubmovere me delubro ſuo, ſed admittere venerantem; adſpirare votis; imò (quod vix compos mei præ gaudio refero) animas meas, quiſquiliaſque laudare, magni facere; ex eo temporis momento cæpi depudere; clarè dico, de-

pudere

pudere cæpi; & torve incedens, viſus ſum mihimet conculcare ſupera, infera, medioxuma. Nec paupertinum quicquam, quale humilem ſoccum decet, loquor, aut ſpiro; ſublimem induo cothurnum; & ita ovanti paſſu omnia contero, quaſi delumbatum irem mundi-bajulum ipſum Atlantem. At at: me lutum inſcitè mixtum! Ergone mihimet quicquã meriti imputari, quòd Brittãnicum meum Mare,

caligine informe, ſuis ſuſtrare radiis, ac vultûs influentiâ ſolpitare, clemens Princeps ultrò dignatus fuerit? Dij voſtrã fidem! ut ego illas meas inveuſtas chartulas, vix dum Vulcano dignas æſtimem, non ut pulvinar attingant ſummi Jovis. Quamobrem repẽtinâ illâ mei gaudij ſolutus ecſtaſi, redeo tandem ad me miſelluliũ; & quodcunq; me patrẽ, authoremve advocat, puſillum id eſſe, torpens, ſucçi ſaliſq; expers ſcio, & fateor.

teor. Nempe haud ſecus egiſſe mecum excelſam Regiã Majeſtatem, quàm ut ſolent magni Principes, qui tantùm abeſt, ut pumiliones, ac nanos arceant, aut dedignentur; ut ſibi oblatos læti accipiant, & blandâ (capitones ſint licèt, membriſq; incõgruis) demulceant manu. Tuam fidem teſtor (clariſsime *Elphinſtone*, Aulicorũ doctiſsime, & integerrime) ſi poſt lectũ à te hunc meum Maris libellulum (& ne graveris legere, im-

pensè à te Peto, atq; obsecro) quicquam in eo, fidum conatum præter, ac bonam mentem appareat uspiam, quod vel alpici a tanto Rege mereatur. Equidem exclames scio, O verborum salebras! O rerum indigestam molem! dignam scilicet

Deferri in vicum vendentem thus, & odores,
Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis.

Ita, ita certè est, nec subire renuo, si quid possit de istis meis dici depressiùs.

Verùm

Verùm tu is es homo hominum comis, benignus, candidus, cui tutò quale quale hoc meum ſit παρεργον committam licet, ſecurus ut me lapſum erigas, ſaltem amantem te, & colentem non deſpicias. Et ut feliciſsimè vivas, ac valeas precatur *Burrhus*.

D. Joanni Maplett.

CAve pecces, Domine, tardigradas haſce cenſendo literas, aut teſtu-

teſtudineo exaratas calamo, quòd poſt tot elapſos menſes ſegniùs tuis reſpondeant. Fuêre nempe illæ ipſæ tuæ in cauſâ, adeò affabrè, adeò venuſtè ſcriptæ, ut torpenti mihi jam olim hâc literarũ in palæſtrâ, & ſcribendi deſuetudine reſidi, vel ætas integra depoſcenda, ſi congruè tuis reſpondere vellem. At novi modeſtiam tuam; qui antè conſcientiæ, quàm famæ conſulis. Dicam tamen, vel cũ periculo offenſionis. Curſim

sim sic scribis, ut nemo consultò comptiùs. Cæterùm massam informem, quam tibi cudendam tradidi, (filium dico meum rudem crudũq;) pulchrè à te excusam accepi, ingenuis (tuis scilicet) signatam moribus; nec politiores expetam, modò cæptos servet; uti futurum spero; utq; se dignam præstet tuis laboribus, quibus in æternum se devinctum fatetur

Burrhus tuus.

Literæ

Literæ doctiſſimi Viri quibus ſuprà reſponſum eſt, tales fuêre.

Digniſſime Equitum!

HAbe tibi amplexibus commendatum paternis Depoſitum grande, quod reddi poſtulas: quãtâ potui vigil cuſtoditum diligentiâ, quantoq; amicum deceret: ſtudio & mœrore dimiſſum. Si ſcatere animum ubere, & læto proventu literarũ non per-

perſenſeris multus expectator; minùſq; excoli, quàm ut imaginem tuam & ſimulacrum referat; adhùc plantam ſcias, & Lycæum leviùs ſalutâſſe æquus æſtimator: foviſſe tamen nonnulla Artis infuſa ſemina, ex quibus quaſi in herbâ factus eſt tuus, qui etiamnùm pro filio dignoſcatur, aliquo ſaltem ex indicio, & rudiore ſignaturâ. Aſsimilabis tibi per exemplum tuum, minùs accuratè effigiatũ: cui, Dij boni, Athenæum noſtrum,

noſtrum, ſuiq; ipſius induſtria fæliciùs proſpexêre, quàm ut planè tui diſſimilis evaderet. Huc ſpectabat torquendi linguâ in ſermonem Romanum, & ad majores vernaculis conatus fingendi, junctus in utroq; noſtrûm (qui tum efferbuerat) ardor: parti deindè libri, deſignata exercitia, lecti cõſortes tanto fini accõmodi; ut viris, libriſq; inſtitutum, ad colloquendum inſtruerét libri, viriq; ad legendum viciſsim provocarent.

cărent. Ut enim ſocietatẽ Germanorum (cui addicebatur ſæpè) ſuſtineret, qui terrarum orbi nunc etiam latinè imperant; peregrinantur, mercantur latinè; ſobrij latinè ructãt, poti vomunt: niſi forſan adduxiſſet cõforme os, & conſona labella? Hùic loquendi acceſsit, tùm rectè ſentiendi, tùm pulchrè agendi opus. Nàm adjuncta cùm primis Logica, & deguſtata Morum doctrina ſeſe immiſcuêre: quæ caverent, ut ſibi ſemper

per præsens discipulus, & immotus, nusquàm non consisteret, nusquam aut inter dissertandum, aut vivendũ ruere Genium, aut vinci pateretur. Adeò non cruciatus inter & angores, Tuî charũ parturij pignus, per oblectamẽta potiùs, & voluptates imbuta, redit ad te capax indoles, quam ipse ingenueras. Molestias creabat unicè, pro Mercedis amplitudine docere, & inopi in Musæo munificentiæ Tuæ parem cathedram invenire. Veniam rogo,

rogo, ut de impensis Filij noviſsimis, proximis agatur literarũ vicibus. Nunc enim voto tantùm vacat, ut inter peritos Iuris, ſciẽs, pollenſq; floreat; leges ipſas (quod regium eſt) ſibi ſubjiciat; nodoſo itidèm, & tortuoſo in labore, ſũmum animi malũ (quod non ſemèl ex Academiâ monebo) & ingeniorum peſtem, ἀ'ζηλίαν eviter.

Omni officiorum genere
Tibi devotiſsimus
Joannes Mapletti.

Inſig-

Insignium Armorum Musæi Minervæ dedicatio.

TIbi *D. Franciſce Kinaſtone* Eques æternùm colendè, Sacri Paladij, Patrimæq; Virginis Protomyſtes! Vobiſq; *Edovarde Maye, Thoma Hunt, Nicolae Phiske, Ioannes Spiedel, Gualtere Salter,* & *Michael Maſon*, Flamines Deâ pleni, & myſtici Artium liberalium roris Promicondi: Vobis ut fauſtum,

fauſtum, felixq; cedat, uti & Patriæ, grande hoc, & pium, quod molimini opus, *Ioannes Burrhus* Fecialium Anglorum Primas, ſummis votis expetit, & optat. Atqui aram Deæ Minervæ immuni manu adire, aut colere, cùm nemini fas arbitrer, ſinite, vos Arcanorum Auſpices, ut (puſillum licèt, perenne tamen) hoc donarium, ſacrarum Ædiũ Palladis adfigam limini: Scilicet

Scutum

Scutum de Argento; cum binis *Zonulis* undulatis de *Azuro*; & in Capite Scuti, ejusdem coloris Librum, duobus tectum Ensibus de Argento, cum Capulis Aureis decussatim collocatis. Pro Cristâ super Galeam, & Torquem de Argento, & Azuro Sagittarium. Dextro autem Scuti cornu a Sirene sustentato; Sinistro a Satyro; cum Symbolo hoc subscripto. NIHIL INVITÂ MINERVÂ: prout clariùs margo exhibet.

bet. Quod quidem Scutum, cæteraq; ſuprà memorata, Ego *Joannes Borough* Eques Auratus, aliàs dictus Garterus Principalis Rex Armorum Anglicorum, Regenti Muſæi Minervæ, & profeſſoribus Artium Liberalium in eodem, tam præſentibus quàm futuris, dedi, conceſsi, & confirmavi; ac virtute Officij mei do, concedo, & confirmo in perpetuum. Atq; ut ratũ hoc habeant poſteri, Sigillum Officij mei huic præſenti

ſenti Syngrapho appoſui, nomenq; meum propriâ manu exaravi. Datum Octavo die Auguſti, Anno regni Sereniſsimi Principis Caroli, Dei Gratia, Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Regis, Fidei Defenſoris &c. undecimo. Annoq; a Chriſto Redemptore nato, 1635.

Reſcripſere viri clariſsimi in hunc modum.

DOnarium tuum (Eques Nobiliſsime) verè

verè regium, Deæ Minervæ ſacrum, nos ejus Alũni, eo animo, eâq; obſervantiâ accepimus, ut grates perſolvere dignas, certe munus ſit non ſolùm Minervæ ingenio, ſed ſummâ Mercurij facundiâ imò potiùs tuo, proprio eloquio. Idcircò illud tanto in honore habemus, ut (ſalvâ tuâ modeſtiâ) non ædium Limini, ſed Antico, aut ſuperliminari Muſæi, quod affigatur, tanquam ſummum ædificij decus & ornamen-

tum merito cenſeamus. Accepimus etiam dextrũ illud omen, quod ſummus & inclytus Rex Armorum, Deæ Bellonæ primus fecit, virgineamq; ejus arã ſtylo ſuo acutiſſimo inſcripſit; & raſum ejus pinacen, Encauſto ſuo pulcherrimo decoravit. Enimverò, Diva jam habet, quod glorietur, cũ inter ſua Armiluſtra, te Flamine Diali exiſtente, Athenas ſuas, olim diruras, non ſolùm è ruderibus reſurgentes, & redivivas credat,

credat, verùm etiam illas tuis Armis munitas, tuis Insignibus ornatas adspiciat. Nos prorsus impares sumus huic tantæ tuæ munificentiæ; qui nil præter affanias retribuere possumus, cùm certè Arrugia non sit præmiũ pro meritis tuis satis amplum. Veruntamen hanc debitam gratitudinis nostræ, atque spontaneam agnitionem, lætâ fronte non dedigneris accipere, tanquã Arrham in præsẽtiâ datã, futuri, & majoris honorarij. Interim

quãvis aliqui è noſtris deſiderantur, qui ad tempus Urbẽ egreſsi, tamen eorũ manus habe, qui ſub Cordis Apoſphragiſmate, ſe vovent, & ſignant

Dignitatis tuæ ſtudioſiſsimos.

Fra: Kinaſton.
Edwardus Mayus.
Gualterus Salter.

FINIS.